



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 58. Binæ Regis Epistolæ ad Parliamentum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. cunctis, quæ in Ecclesiæ præjudicium
A.C. 1518. agerentur, intercessurum spoondit. Hæc
Decani oratio descripta Senatui tradita
est.

§. LVII.

*Concordatum quibusdam conditioni-
bus temperatum a Parlamento
acceptatum.*

Nihilominus insuperhabita Decani op-
positione Parlamentum rem profe-
qui pergebat, hinc illud quoque die vi-
gesima secunda Martii Tri nollius adiit,
Regis literas exhibens, vi quarum Con-
cordatorum promulgationi præsens ades-
se jubebatur: ejus tamen præsentia non
usque adeo Curiæ Patres coercebant,
quin illi concordati articulis conditiones
supra relatas adjicerent, ac biduo post
obtestationes suas innovarent, declaran-
tes, se per quamcunque promulgationem nul-
latenus censere, ut Concordata firmarentur,
aut grata haberentur, sed nolle se unquam a
suis obtestationibus discedere.

§. LVIII.

*Binæ Regis Epistolæ ad Parla-
mentum-*

Pinf. n. p.
737. n

Die vigesima secunda Aprilis Adam Fu-
mæus libellorum supplicum Magi-
ster, & San-Gelasius, supremus Regiæ
Præ-

Præfectus duas Regis epistolas Parla- Sæcul. XVI.
 mento exhibuerunt, in quarum una am- A.C. 1518.
 bo Regii nominabantur Commissarii, de-
 mandata utriusque cura, ut Concordatum
 typis edi curarent; altera vero Rex gra-
 viter querebatur de temerario Universi-
 tatis ausu, quo populum sermonibus
 prorsus scandalosis e suggestu dictis ad se-
 ditionem commovere, totis viribus ni-
 teretur, unde in eam Legum severitate
 animadverti Rex præcepit, demum hæc
 verba subjunxit; vehementer miramur,
 quod Parlamentum tumultus, quos vix
 natos suppressimere debuisset, tam diffimu-
 lanter toleret, ut ergo turbis finis sit,
 mittimus vobis Fumæum, & San - Ge-
 lasium, ac præcipimus, ut ad mandati
 nostri executionem eisdem, quantum po-
 teritis, omne auxilium præstetis. Per-
 lecta hac Epistola Curiæ Patres quanto-
 cius suo Tabulario negotium dederunt,
 ut utriusque Regis Commissario Concor-
 dati ad acta relati apographum traderet,
 atque exponeret, quod Patres, scanda-
 losos hac de re sermones ad populum
 fuisse dictos ignorarent, nec Parlamento
 assiduis, iisque gravissimis occupationi-
 bus distento ejusmodi sermonibus inter-
 veniendi spacium superfuerit.

Altera Epistola ad Parlamentum da-
 ta Rex graviter de provocatione interpo-
 sita

Sæcul. XVI. sita querebatur, eamque scandalosam,
 A.C. 1518. temerariam, stultam, summa impruden-
 tia conceptam, ac suppressa veritate frau-
 dulenter compositam appellabat, addit-
 que, quod a Regis mandato appellare,
 nefas esset, cum is unicus Regni Monar-
 cha ex steret, neminem vero superiorem
 se, a quo ejus jussa aut corrigi aut infir-
 mari possent, agnosceret. Interea vero
 ambo Commissarii juxta Regis mandata
 inquirebant, & appellationis literas ab
 Universitate affixas abstrahi jubebant,
 necnon Regiæ suæ Majestatis nomine,
 quicquid seditioni ansam dare posset, ag-
 gredi prohibebant. Ast adhucdum ex
 Universitate nonnulli ejusmodi mandati
 executioni obſistere præſumpferunt, imo
 vim quoque adhibere non erubuerunt;
 Parliamentum vero præcipuis Academiæ
 membris ad se convocatis temeritatem,
 qua usi effent, eis exprobravit.

§. LIX.

*Regis diploma adversus Univer-
sitatem.*

Flusson. p.

737.

Tanta Universitatis audacia Regem
 compulit, ut auctoritatis suæ vim
 exereret; quocirca die vigesima quinta
 Aprilis Ambasiæ literas dedit, Regii edi-
 eti formam continentes, quibus Rectori,
 atque Universitatis sociis conceptis ver-
 bis